

pectus ingreditur; firmate igitur sc̄i. uestros firma-  
te cultores. ac p̄tra angulari. nostrū pectus instru-  
ite; Periculosus ac fortis est hostis; omnes aditus. om-  
nes explorat ingressus; Sed nihil est uerendum.  
grandis est occurrentium multitudo sc̄oz; Cum  
igitur nobis e caelatum castris. tantus militum &  
regum numerus aduenerit. arripiamus arma ius-  
titiae. prudentiae. nos & fidei <sup>nos</sup> clipeo protegamus;  
non lorice squamis. sed temperantiae & pudicitiae lā-  
minis. pectora muniamus; Dextris nostris. fidei sem-  
per ac patientiae tela uibremus; Mox feriamus. si  
quispiam pulsauerit inimicus; Talia dudum. talia  
apostoli arma postarunt; his instructi. intempe-  
rantiae. lasciuiae. cupiditatis. ambitionis. irae quoque  
& superbiae colla fregerunt; Nihil itaque nobis mise-  
ricordia saluatoris. non arma. non praesidia. denega-  
uit; Unde. & iam atque & iam providendum est. ne  
nos uelut oscitantibus. uirtutum torpor inuadat;  
ne aut incredulitas. fidei inimica subripiat. aut ira  
differat. aut cupiditas uexet. aut luctus ambitio;  
Libenter nobiscum n̄ri martyres uersabuntur.